



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

25. In Festo Inventionis S. Crucis, bipart. Nos autem gloriari oportet in
cruce Domini nostri Iesu Christi. Gal. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

dam, ille solus novit qui est ponderator spirituum, & gratia ac gloriae ex praedestinatione aeterna distributor, in cuius domo mansiones multae sunt, ut Evangelium hodiernum decantat; in cuius caelo stella à stella differat à claritate secundum mensuram lucis, quam potuit mutare à Sole. De utroque igitur possumus dicere quod de Elia & Enoch dicitur: *Hi sunt duo olivae, & duo candelabra in conspectu Domini*, quia scilicet charitatis pinguedine & scientiae salutaris luce totam Ecclesiam illustrarunt, & adhuc modo illustrent. Sive illud: *Illi sunt duo filij Olei, qui assident Dominatori universae terrae*. Filij sunt Olei, hoc est filij pinguedinis, filij fertiles bonorum operum, qui multum fructum gratiae protulerunt in conversione impiorum. Filij iterum olei, quia filij splendoris, luce vitae & doctrinae nobis praelucentes. Illi assident Dominatori universae terrae, quia tanquam ejus legati per orbem terrae fidem & Evangelium propagarunt. Assident Dominatori universae terrae, pro cuius gloria sanguinem fuderunt. Assident Dominatori universae terrae, tanquam duo Cherubim ejus Propitiatorium & Arcam sustentantes. Assident Dominatori universae terrae, tanquam duo Leones ejus thronum circumstantes. Assident Dominatori universae terrae, pro Ecclesia universa orantes.

Apo. 11.

Zach. 4.

3. Reg. 6.

Virtutes.

S. Philip.

Obedien-

tia.

Joan. 1.

Charitas.

Joan. 11.

hendi secum alium, sicut & Andreas adduxerat secum Petrum. Sic adimpleverunt illud: *Qui audit, dicat veni*. An vero hic Nathanael à Philippo adductus, fuerit Bartholomaeus, disputant Doctores. Negat Augustinus, qui dicit Dominum ad Apostolum non elegerit peritos sicut fuit Nathanael, sed rudes & illiteratos, ut confunderet mundum, & per insipientiam vinceret sapientia, ut vinceret hostes instar Sampsonis per Alimi mandibulam, hoc est, per Apostolorum ignorantiam.

Apo. 28.

Cum Christi fami-

liaritas.

Joan. 6.

Joan. 14.

Tertio, cernitur in S. Philippo familiaritas grandis cum Christo Domino, tum ex eo quod in deserto cum multitudine esset pascenda, & deficeret panis, Philippum quasi Consiliarium intimum interrogat: *Vnde ememus panes?* Tum etiam ex eo quod Gentiles desiderantes videre Iesum ad Philippum accedunt, ut per eum ad Christum accessum inveniant. Tum denique ex eo quod liberè & cum fiducia Christum differenter de discessu suo ad Patrem, ausus est interrogare: *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*. Qua quidem interrogatione docuit nos ad Patris visionem aspirare, in qua nostra est felicitas sita. Quasi diceret: Te Domine jam vidimus & agnovimus, te dileximus & confessi sumus, & beatos fatemur oculos nostros qui te videre metuimus; jam nihil superest, nisi ut Patrem ostendas, tunc nobis ad beatitudinem nihil deesse arbitrabimur. Laudandus ergo est qui visionem Patris ceteris omnibus anteposuit, inquit S. Cyrillus Alexand. l. i. in Ioan. cap. 37. Quia scilicet per hoc etiam docuit nos Patris faciem querere, & illam ceteris omnibus praepone, quamvis non perfecte adhuc intellexeret, quomodo facies illa non corporeis, sed spiritualibus oculis esset cernenda & querenda.

Quarto cernitur in S. Philippo gratia specialis, in illa conformitate mortis cum Christo, quia in Cruce sicut ipse mortuus est, ibique sese obtulit in perfecti amoris holocaustum; quod & Petro & Andree fuerat concessum. Secutus est ergo Dominum perfectissima sequela, in Cruce immolatus pro ejus gloria. Haec latius de S. Philippo differenti facile est amplificare.

Conformis

Christo

in mortis.

IN FESTO INVENT. S. CRVCIS.

LECT. I. 4.

bipartit.

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Gal. 6.

Helena nobilissimam & religiosissimam Reginam, Imperatricem, Crucem Domini requisivisse & reperisse intuitu divino, pernotatum est: Digaum autem est audire S. Ambrosium oratione in Funus Imp. Theodosij hac de re differenter. Sic rei gesta negotium describit elegantissime. Venit Helena, caput revilere loca sancta: S. Ambrosius infudit ei Spiritus ut lignum crucis requireret. Accedit ad Galatham, & ait: Ecce laus pu-

PARS I.

De inven-

tione S.

Crucis &

subsecutus

miraculis

de morte

Theodosij

6. nov.

Et non invenio. Ego in regnis, Et crux Domini in putrefactis. Ego in aulis, Et in ruinis Christi triumphavit. Illo adhuc latet, Et latet palma vite aeterna? Quomodo me redemptam eritior, si redemptio ipsa non certatur? Video quid egeris Diabole, ut gladius quo peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstruitur ab alienigenis puteos eruderavit, nec latere aquam passus est. Tollatur ergo ruina, ut vita appareat. Promatur gladius quo veri Golia caput amputatum est. Aperitur humus, ut salus fulgeat. Quid egisti Diabole, ut absconderes lignum nisi ut iterum vinceres? Vicit te MARIA, qua genus triumphatorem, qua sine immutatione virginis edidit eum qui crucifixus vinceret te, Et mortuus subjugaret. Vincere Et hodie, ut mater tuas insidias deprehendat: Illa quasi sancta Dominum gesta vit, ego ejus cruce in vestigabo. Illa generatum docuit, ego resuscitatum. Illa fecit ut Deus inter homines videretur, ego ad medium peccatorum, arcum de ruinis elevabo vexillum. Sic loquentem introducit S. Ambrosius piensissimam, Regnam, qua tanquam mulier electa erat, ut cooperaretur ad culpam primae mulieris reparandam, lignum scilicet vitae offendendo in quo redemptio consummata fuerat, & invitando omnes ad fructum vitae ex eo carpendum, quandoquidem altera mulier lignum offenderat alterum, ex quo peccatum & mortis fructum vir carperet. O admirabilis Dei dispositio, ut gratia & vita semper redeat eadem via qua mors & transgressio est ingressa! Si per lignum mors, per lignum vita, si per mulierem mors, per mulierem vita & gratia. Hoc patet quando per MARIAM tollitur opprobrium Evae primario, per Helenam quoque secundario, restituentem lignum vitae in lucem.

Prosequitur S. Ambrosius, & de hac Regina sic subjungit: Aperit itaque humum, decutit pulverem, tria patibula confusa reperit, qua ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit oblitterari Christi triumphus: Incerta haeret ut mulier, sed certam indaginem Spiritus sanctus inspirat, eo quod duo latrones cum Domino crucifixi fuerint. Querit ergo medium lignum, sed poterat fieri quod patibula inter se ruina confunderet, calfus muraret & inverteret. Redijt ad Evangelij lectionem; invenit quia in medio patibulo titulus praelatus fuerat: *Jesus Nazarenus Rex Iudaorum*. Hinc collecta est series veritatis, titulo crux patuit salutaris. Hoc est, quod parentibus Iudaeis Pilatus respondit: *Quod scripsi, scripsi, id est, Non ea scripsi qua vobis placeret, sed ea quae a me futura cognosceret, non vobis scripsi, sed posteritati, propemodum dicens: habeat Helena qua legat unde cruce Domini recognoſcat.* Invenit ergo titulum Regem adoravit non lignum, qui hic gentilis est error & novitas impiorum, sed adoravit eum qui pependit in ligno scriptus in titulo. Haec Ambrosius.

Addit tandem, quod S. Helena non solum lignum, sed & clavos quibus crucifixus fuerat Dominus, quaesivit, & invenit. De uno clavo utanos fieri pra-

cepit, de altero diadema intexit: unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit. Misit itaque filio suo constantino diadema gemmis insignitum, quas pretiosior redemptionis divinae gemma conduceret. Misit & fraxum. Vt roque usus est Constantinus, & fidem ad posteros transmisit Reges. Tunc completum dicit idem S. Ambrosius illud Propheticum: *In illo die erit quod super fraxum equi est sanctum Domino.* Unde rursus subiungit: Principium itaque credentium Imperatorum, sanctum est quod super fraxum; ex illo fides, ut persecutio cessaret, devotio succederet. Sapienter Helena egit, qua cruce in capite Regum levavit & locavit, ut crux Christi in regibus adoretur. Non insolentia ista, sed pietas est, cum defertur sacrae redemptioni. Bonus itaque clavus Romani Imperatoris, qui totum regit orbem ac vestit Principum frontem, ut sint praedicatores, qui persequutores esse confiteverunt. Recte in capite clavus, ut ubi sensus est ibi praesidium. In vertice corona, in manibus habena. Corona de cruce, ut fides luceat: habena quoque de cruce, ut potestas regat, sitque iusta moderatio, non iniusta praecipio, haec iterum S. Ambrosius.

Rationem quoque moralem postmodum subjicit, quare ex clavo traenum factum sit. Quero, inquit ipse, quare sanctum super fraxum, nisi ut Imperatorum insolentiam refranaret, qui quasi equi in libidines adhinnierent, quod liceret illis adolentia impunè committere? Quae Nenorum, qua Caligularum, ceterorumque probra comperimus, quibus non fuit sanctum super fraxum? Quid ergo aliud egit Helena operatio ut fraxa dirigeret, nisi ut Imperatoribus omnibus sancto dicere spiritu videretur; *Nolite fieri sicut equus & mulus, sed in fraxo & camo maxillas eorum confingeret, qui se non agnoscerent Reges, ut regerent sibi subditos. Proxa enim potestas in vitium sequebatur, Et more pecudum vaga sese libidine polluebant. Ignorabant Deum, referunt eos Crux Domini, Et revocavit à lapsu impietatis. Exierunt se camo perfidiae, susceperunt fraxa devotionis & fides.* Haec dicitur & sanctus Doctor sanctus.

Ceterum licet S. Ambrosius mentionem non faciat, nisi tituli Crucis quo agnita illa est, certum tamen etiam est ad majorem rei securitatem per miraculum agnitam Crucem, & ab alijs duabus Crucibus latronum per illud certò distinctam fuisse. Nam, ut in Breviario Romano habemus in lectionibus hodiernae festivitatis, Macarius Ierosolymorum Episcopus factis Deo precibus singulas crucecuidam femine gravi morbo laboranti admovit, cui cum reliquae nihil profuissent, adhibita tertia Crux statim eam sanavit. Corpitq; mulier magnificare Dei potentiam, sanitate perfecte recepta per domum alacriter ambulans. Hanc autem orationem praemiserat S. Macarius defixis huius genibus apud agram coram Regina Helena, & ejius comitatu: *In Domine, qui unigenitum Filium tuum saluasti*

Zach. 14. Similiter interpretantur S. Cyrillus, Greg. Thronen, & alij.

Cur ex clavo traenum sit factum. Esal. 34.

Crux Christi quomodo tra reliqua quae coeque.

salutem humano generi per passionem crucis confervo dignatus es. Et tunc in novissimo tempore adspirasti in corde ancilla tua perquirere lignum beatum, in qua salus nostra pependit, ostende evidenter ex his ipsis quae crux fuerit ad Dominicanam gloriam, vel qua existit ad servile supplicium, ut hac mulier qua semiviva decumbens statim ut eam lignum vitae congerit, à mortis janua revertatur ad vitam. Testis est Ruffin. l. i. hist. cap. 17. & ex eo Baronius tom. 3. a. 326. Ad dicit S. Paulinus epist. 11. & Severus Sulpitius lib. 2. histor. & ex illi Baronius, etiam eisdem corpori jam emortuo applicatas fuisse has cruces, sed cum utraque crux latronis cadaver tetigisset, nihil effectum fuisse, quasi earum ligna mors sperneret: at verò ad salutaris ligni contactum mortem profugisse, funereque excusso corpus erectum stetit cum omnium admiratione redivivum. Et certè utrumque signum conveniens fuit, quandoquidem per sanctae crucis virtutem à gravi morbo peccati ad sanitatem animae, immò à morte perpetua ad participationem aeternae vitae resuscitatus est mundus. Unde S. Paulinus sic haec de re loquitur: *Exprimens resurrectionis inventa & probata Crux Christi est, dignoque mox ambitu consecratur conata in Passionis loco basilica, qua auratis cornibus liguaturibus, & aureis divos al. aribus, arcano positi sacra-ria cruce servat, quum Episcopus Urbis ejus quotannis, cum Pascha Domini agitur, adorandam populo Princeps ipse venerantem promit. haec illic, Nempe Regina Helena tot miraculis voti compos effecta, missicum templum regii ambitione contraxit in loco ubi Crucem repererat. Et eo tempore Constantinus legem sancivit, ne crux ad supplicium cuiquam adhiberetur: ita res quae antea hominibus probro & ludibrio ferebat, venerationi & gloriae esse coepit. Quae omnia hodiernâ festi- vitate recolantur.*

Supplicium crucis cur nunc abominum.

Illud etiam notatu dignum est, quòd Gentiles in Crucis loco marmorem Veneris Itaciam collocassent, ad collendam memoriam Passionis Domini, item ad praesepe Salvatoris simulachrum Adonidis, denique in loco resurrectionis, simulachrum Iovis. Quae omnia sustulit Helena post centum circiter octoginta annos, memoriam tum Nativitatis, tum Passionis, tum Resurrectionis Christi Domini pietissimo zelo renovans, Voluit verò Christus sic ostendi, non Iovem tamquam caeli Dominum, non Adonidem, aut Cupidinem, nec Venerem, fictitios factitiosque Deos, adorandos esse aut colendos, sed se verè Coeli & Terrae Deum esse, quod ostendit tum per terrae motum in resurrectione, tum per suam ad caelos ascensum Manifestari quoque voluit per Helenae factum se Deum esse sacri amoris, expulso Adonide & Cupidine, quod etiam in sua ostenderat Nativitate & Passione ac Cruce. In passione enim nudatus & velatus est nostri Deus occasione amoris; & in cruce habet arcum unde ejaculatur sagittas in corda dura filiorum hominum ut ada-

Idola in inventio- ne crucis sublata.

mantem redamant. An non igitur sese ibi repraesentat instar Cupidinis, ut nos excitet, transfigat, inflammat amore sui amoris, amore veritatis? Sic etiam in morte & in resurrectione sua se gerit instar Adonidis. Fingebatur enim Adonidis fuisse filius Cypriorum Regis, Veneris amafius, in juventute pulcherimus, sed dente Apri occisus, quem Venus plangit quasi mortuum, sed mox recepit eum gaudio redivivum. Foemina & viri libidinosi sicuti plangit Venerem celebrabant, eamque sibi propiciam reddebant. Haec quidem fabulosa sunt de Adonide & Venere, Christo autem morienti & resurgenti conveniunt. Hic est enim ille Adonis, quem anima pia & sanctae lugent tamquam Sponsum, quem in Cruce contemplatur mortuum, & in horto sepultum, sed mox etiam complectuntur novo cum gaudio resurgentem. O ergo infelices qui plangebant Adonidem in gratiam Veneris, de quibus Ezechiel agit. Sed felices, qui plangent hunc Adonidem nostrum Christum, amaram sanctarum Sponsum ex pietate, ut resurrectionis ejus & gaudij postmodum sint confortes. Inter has felices animas fuit B. Helena, quae Christum mortuum luxit, & Crucem requisivit, lectum morientis Sponsi, locumque resurrectionis ejus ac Nativitatis expulsi idolis illustravit.

Zoech. 1.

PARS II. Cur honoranda crux, & in ea glorificandum?

1. Cor. 2. Galat. 6.

Cruce honoranda. Quia est altare gloriosum.

Sicut quia Christus Dominus humiliavit se usque ad mortem, mortem autem Crucis, ideo Deus exaltavit illum, ejusque gloriam admirabili modo toto propagavit orbe: ita quia ipsa Crux instrumentum fuit hujusce humiliationis, voluit eam per contactum & aperiorem divini sui sanguinis sanctificatam, rutilare in universo mundo, & coli speciali honore. Antea Crucis probroissimum erat supplicium, sed Christus illud reddidit gloriosissimum; sicque quod hominibus solum erat & infirmum voluit ut esset Dei sapientia & virtus. Ideo dicimus cum Apostolo: Nos autem gloriamur oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra. In illa glorabatur S. Helena, ideo tanto studio requisivit, tantis impendijs adornavit, tanto honore coli voluit. in illa jugiter gloriat Ecclesia Sponsa Christi, ideo ei ultra hebdomadam sanctam, quae cruci sacra est, ulterius festam Inventionis festumque Exaltationis dedicavit. Certè multiplex occurrit ratio specialiter Crucem Domini tantis relectam mysterijs speciali honore colendi.

Primo, quia Crux est Altare gloriosum, ab aeterno destinatum & electum, ut in illo Christus summus Sacerdos offerret sacrificium inter omnia sacrificia excellentissimum continentivum omnium sacrificiorum; quo pacificatus erat quae in caelis & quae in terris, reconciliatus hominem cum Deo, remissionemque omnium peccatorum impetraturus. O felix altare, in quo talis hostia pro peccato, talis hostia pacifica, tale ho-

P locau-

Tomus 11.

locustum consummatum, offerri debebat prototus mundi perfecta redemptione I O verd Ara cultu digna & honore, ad quam ascendit Sacerdos noster cum veste Poderis, in qua totum gerit Orbem terrarum, cum veste diversicolore, Carne sanctissima, varijs depicta livoribus, & cum Corona spinosa tamquam Tiara in capite fixa, Sacerdotij eius perpetuitatem designante. Felix qui tanquam Passer circa hoc Altare Domini virtutum nidum sibi inventit. Felix qui in ipso cor & animam quasi hostiam Christo conatur ex integro immolare, & immolati Agni innocentissimi sese cruore conspergere. Felicissimi qui Christum Sacerdotem summum perfectissimè sectati, per Crucis martyrium sunt sicut ipse consummati & immolati, in illa sola gloriantes.

Crucifixi pro Christo

Serm. de S. Andrea.

Sic Petrus & Andreas gloriose in hoc Altari fuerunt victimæ, quia & in illo gloriati sunt ardentissimo amore. Notum enim est, quomodo Andreas Crucem salutari, quomodo & Petrus inverso capite crucifigi & optarit & impetravit. Crux qua Regem promissit ad septrum, utrumque militem evocavit ad prævium & quos mundo consanguinitas una edidit, eadem triumphalivmors ad æstra transfecit. Qui evans filij loannis, facti sunt filij Crucis, inquit S. P. Damian.

In eodem Altari immolati sunt Philippus & Bartholomæus Apostoli. Ille enim apud Hieropolim Asiæ civitatem, postquam fidem annuñciasset & multos convertisset, tandem crucifixus & lapidibus obrutus, felici martyrio mortem obiit. Hic vero postquam per Armeniam majorem verbum Dei disseminasset, & Regem Polemum cum universa civitate Regia baptizasset, ab eius Assyage fratre comprehensus, fustibus primùm caesus, deinde cruci suffixus, & vivo corpore detracta pelle, die sequenti abscisso capite est extinctus. Sic alij multi in Cruce optarunt mori.

Corn. in 79. Apoc.

Neque hic prætereundum quod de Henrico Garnetto Soc. I. s. v. in cltyro Presbytero publicatum est, qui hodierna festivitatis die, hoc est die Inventionis S. Crucis in Anglia, martyrium obiit gloriose. Cum enim ipse Socijs in Anglia per viginti annos magna cum laude in quotidiana mortis periculis præfuerit, tandem anno 1606. diæternæ Maij, martyrio fuit consummatas. Catholicus autem qui spectator aderat, purpurata sanguine spicam ex lubriato corpori Martyris stramine religiose sustulit: quam domi dum conspiciatur attentius, vividam Patris imaginem in ea expressam conspexit. Verticem capitis ingens cingebat corona. Crux in fronte ruilabat stella: intuscula, signaculum utique cordis ipsius in quo falciculus mirrhæ commorabatur, ut ideo etiam optata Inventioni Crucis dicata die martyrij palmarum sic confecturus. Sub mento Cherubinus videbatur alatus, vel Angelicam ejus puritatem, vel sapientiam & doctrinam, vel utrumque indicans. Quia enim ad iustitiam erudit multos, do-

Arinx laureâ decoratus, quasi stella fulget in perpetuas æternitates. Imago vultus ejus in spica sapius excusa per omnes Christiani orbis provincias sparsa est. Asserunt oculati testes adhuc modò in prototypo perdurare.

Secundo, Crux ideo honore speciali & cultu digna, quia Thotamus & lectus est sponsi floride, in quo præ amore moritur; pijs animas sanguine suo desponsans. Unde quælibet anima ejus charitate vulnerata, illuc frequenter debet accedere, illudque ei ex amore pio occidere: Sponsus sanguinum tu mihi es. Corona ejus spinosa spinosa & aspera est, lectus duntaxat, cincinni ejus pleni rore & gutris sanguineis, omnia amaritudine sunt referta: ideo sponsas suas ibi docet aut pati aut mori, si veræ Sponsæ esse velint tali thalamo desponsatæ; quem quidem thalamum semper memoriâ debent gestare, & in corde circumferre.

Ea propter Christus Sponsus quodam die S. Clara de Monte falco apparuit cum cruce, & dixit ei: Sponsa mea Clara quæ sibi lectum solidum, in quo hanc crucem plurimam, & in vni cor tuum sibi eam figure percipit: sed opteret te in hac cruce mori, si Sponsa, Filia, & Hæres esse velis. Quid verò inde secutum fuerit, attende Crucis & passionis mysterium adeo cordi gefavit inpressum exinde, ut quicquid comederet, vel biberet, amarum ei in memoria Dominicæ crucis & passionis foret. Nec de ea audiebat, nec loquebatur sine lachrymis, nec vel Sponsi patientis imaginem contemplari poterat sine illis. Atque ita Sponsi sui stemmata & lectulus Sponsalithus ejus cordi fide infixi, ut post mortem in corde ipsius inventus fuerit I. s. v. crucifixus, tresque clavi cum lenticea, spongia, & arundine, ex una parte cordis. Ex altero vero cordis parte cerebatur columna cum s. Clavicornâ, spinâ & flagellum ex quoque chordis erantque in corde ipsius instar nervorum quodamdam impressa hæc omnia signa, Sponsi sui stemmata & insignia.

Tertio, ideo Crux speciali cultu & honore digna, quia Sedes & Cathedra est Sapientiam, ex qua docuit, ex qua docet etiam nunc, ex qua docebit in sæculi finem, immò usque in æternum: Nihil aliud me scire judicavi inter vos nisi I. s. v. & hinc crucifixum, dicebat Apostolus: sed per I. s. v. crucifixum, perque ejus crucem, tamquam cathedram, omnem discere sapientiam, omnia mysteria à se oculis abscondita noverat. Unde dicit: Prædicemus Christum crucifixum, diabolus quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatus Christum Dei crucifixum & Dei sapientiam. Sic S. Bonaventura eum rogaretur à S. Thoma Aquinate, ut ostenderet libros è quibus sublimem & Seraphicam illam scientiam hauriret, quæ tota erat Oibi admirabilis, cœlestium aperiens ostendit ei crucem, & in ea crucifixi imaginem lacrymis, oculis deitavit; alteritque ad pedes ejus.

2. Quia est lectus sponsi.

Exod. 4.

Arma offeruntur in corde sunt inventa.

Quia est sedes sapientiam. 1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

ejus se omnem discere sapientiam, & hunc esse librum in quo possimum studeret. Similiter etiam S. Dominicus respondit, interrogatus unde sermone illos sapientia plenos eliceret, quos populo tanto cum fructu proponebat: dixit enim se eos legere in libro *Chorinthios*, quem Dominus expandit omnibus legendum ex sublimi cathedra Crucis. In illa etiam cathedra gloriabatur S. Andreas tota die docens & expandens cum Christo manus ad populum non cedentem, sed contradicentem sibi; imo per triduum in illa docuit, donec ultimam exhalaret spiritum. O ergo Cathedra Crucis, speciali honore digna, & qua adeo multi & excellentes viri hauerunt scientiarum salutis, quam in plebem Domini refundere!

4. Quis est currus gloria Christi. Isai. 9.

Isai. 9.

Isai. 100.

Isai. 7.

Ioan. 19.

Dominare Nazarene per crucem tuam, tanquam glorie tue vexillum, in medio Iulianorum & quatuordecim Tyrannorum & Persecutorum; agnoscant Virgam virginitatis tue, quam emittis ex Sion civitate sancta; quam etiam tandem emittes ex Sion celesti, ut perfecte tibi subiciantur hostes tui. Hoc enim signum erit in caelo clara Dominus ad iudicandum venerit, signum & vexillum victoriae perfectae, sceptrumque potentiae, cui nemo poterit resistere. An non ergo illud modum dignum est ipsi cultu & honore, quod per tunc spectabunt cum jubilatione; impii vero cum horrore?

Quinto, Crux honore & cultu speciali digna censetur, quia est velut *Arbor vita plantata in medio Paradisi*, hoc est in medio Ecclesiae, ex qua fructum potest colligere quicumque voluerit. Fructus autem eius multiplices sunt, & quodammodo innumeri. Redemptio mundi, hominumque iustificatio, & glorificatio, ab hac arbore tanquam fructus dependent; totius Orbis conversio per crucem & crucis praedicationem effecta est, in quo patuit admirabilis fructus crucis tanquam Arboris vitae, quae vitam potuit dare mortuis. Tot millium virginum trophaea, tot martyrum victoriae, tot Sanctorum triumphi, fructus fuerunt collecti & crucis. De die in diem animae pie fructum colligunt ex hac arbore suavissimum & pretiosissimum. Unde possunt illud merito dicere: *Sub umbra illius quem desideraveram sedi, & fructus eius dulcis gustavi meo.* Gloriantur ergo haec in sola cruce D. Iesu Christi, in qua est salus, vita, resurrectio nostra; sicque gloriantur in illa tanquam Arbore vitae.

¶ Quis est arbor vita in medio Ecclesia.

¶ Multiplex fructus crucis.

¶ Cant. 2.

¶ S. Didaci Ordinis Francisci amor erga Crucem.

¶ Cant. 2.

Gloriatur in illa S. Didacus Ord. S. Francisci, quia eius totum solatium, & meditationis primum obiectum erat in cruce, & Domini passione. Hanc meditabatur brachiis in modum crucis compositis adentissimo affectu, & postea memor eorum quae minus senserat, mirè efficaciter de tormentis Christi in cruce proferebat. Ideo inter manus gerere solens fuit crucem ligneam, ut semper in oculis & memoria gereret IESUM Crucifixum; nec enim aliud se scire cum Apostolo profitebatur. Consideratione quoque crucis ferebatur ad martyrium viro amore, ut posset illud etiam Apostoli in veritate dicere: *Christo confixus sum cruci.* Ea propter procurat sibi licentiam ad eundem infideles, quod fecit progrediens in Canariam magnam, sed ibi martyrio animus non defuit, animo martyrium defuit. Tandem Deus eum gravi morbo afflixit. Cum vero morti vicinus foret, Crucem amplexus & exosculatus, in vitale lignum oculis defixis verba illa magno pietatis spiritu pronuncians expiravit: *Dulce lignum, dulces clavos, dulcis forens pondera, qua sola fuisse digna portavit Regem caelorum.*

Amavit ergo ipse Crucem, amant & omnes Sancti, amare debent & omnes Christiani, quia



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK PADERBORN

10m. 12.

quia dixit Dominus omnia se velle ad se trahere è cruce & per crucem : Ego si à terrâ exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Quapropter inter

Elegia S.

Crucis.

Crucis spes est Christianorum, resurrectio mortuorum, vita desperantium, baculus claudorum, consolatio superbum, refractio devotum, despectio superbiorum, adversus demones triumphus, periclitantium portus, obfessorum murus, Regum magnificentia, infensorum sapientia, Martyrum gloria, Virginum castitas, gaudium Sacerdotum, Ecclesiarum fundamentum; hæc inter plura alia lococitato.

Horn. 4.

de Cruce.

Abfit itaque nos gloriari nisi in cruce Domini nostri IESU, sicut dicit de se Apostolus : Quasi dicat.

Galat. 6.

Gloriamur in

Cruce, cū

S. Paulo

Apost.

Glorietur mundus in scientia, & homines mundi quantum voluerint glorientur in ea; ego autem non nisi gloriabor in Cruce Domini, quia nihil aliud profiteor me scire nisi IESUM, & hunc Crucifixum, ibi vera sapientia.

Glorietur mundus & homines mundi in coronis & sceptris, in honoribus & sublimitatibus; ego autem gloriabor in abyssi contempu & abiectione, quam disco à Christi Domini cruce, gloriabor in eius corona & arundine.

Glorietur mundus & homines mundi in sua nobilitate, in suo stemmate; In cruce Christi gloriabor, quia ibi nobilitas mea, ibi mea sunt stemmata, & insignia Patris mei: Ibi disco vanitatem contemnere & veritatem admare.

Glorietur mundus in divitiis, in lectis aureis & eburneis; ego in cruce Domini gloriabor, quia ibi divitiæ eius & meæ; ego gloriabor in aspero eius lecto, quia tota ibi requies mea & consolatio.

Glorietur mundus & homines mundi in voluptate & arridente delectatione carnis; ego hanc scilicet falsamque reputo, & irrideo; ego gloriabor in cruce Domini, & in a speiute ac doloribus Crucifixi, quia ibi solidum cordis gaudium reperio.

Glorietur denique mundus & homines mundi in sua libertate; ego gloriabor in humili obedientia & profunda submissionis servitate, triplicique clavo resignationis, iudicii, voluntatis, sententiamque omnium lubenter assigam cruce, ut servus sim Crucifixi.

Ex his ergo omnibus patet quod solida sit in cruce gloria, quam ambire debent omnes Christiani, & quod fructuosum sit in illa frequenter meditari, eiusque dimensiones mysticas contemplanti. Ideo dicit Apostolus: *Flecto genua ad Patrem, ut possitis comprehendere quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas & profundum, scire etiam super omnimodum scientiam charitatem Christi.* Hæc omnes dimensiones in Christi cruce continentur, ut aibi diximus, & ibi amor Christi mihi longus & latus, sublimis & profundus cernitur, ideo & nos amo-

Ephes. 3.

rem reddere ei debemus longum & latum, sublimem & profundum.

EXpunge Domine IESU Christe, de corde nostro vanam omnem gloriam, & fac ut vere gloriemur in te, & in cruce tua: tanquam in *Altari*, in quo saluti nostræ hostiam Patri obtulisti: tanquam in *Thalamo & Lectulo*, in quo animas nostras tibi despondisti: tanquam in sublimi *Sedis & Cathedra Sapientia*, ex qua nos veritatem omnem docuisti: tanquam in *Vexillo gloria tua*, per quod de hostibus nostris trophæum revexit: tanquam in *Sceptro & Virga virtutis tua*, quæ pios regere, & impios corrigere decrevisti: tanquam in Arbore vitæ, ex qua fructum salutis nos carere voluisti. Fac ut in illa agnoscamus stemmata & nobilitatem nostram, honorem & gloriam generis nostri, divitias & opes, omniaque bona quæ preparasti diligentibus te. Flecto genua cordis mei, ut des nobis omnibus cognoscere quæ sit crucis longitudo & latitudo, sublimitas & profundum, sicque assequamur perfectionem Christianam in ea designatam. Da nobis agnoscere & assequi fidem in profunditate, spem in sublimitate, charitatem in latitudine, perseverantiam in longitudine. Et quia in his omnibus nostra consistit perfectio, fac ut quatuor crucis cornua, sint velut scutum quo protegatur adversus tentationes, virtutes istas Christianæ professionis evenere conantes. Sic læti tandem intuebimur hoc signum crucis, cum ad iudicandum veneris, tanquam signum nostræ redemptionis, & vexillum æternæ salutis, sub quo gloriabimur per secula seculorum.

DE SANCTÆ CRUCIS VARIIS
PER ORDEM PARTIUM.

Appen-
dix.

ET DE CORONA DOMINI.

Mirantur perique sacratissimi ligni Crucis tot in locis & basilicis esse partes, ut plures ex una tot in partes dissecta cruce fieri possent. Vix est enim Regio in qua vigeat Christiana Religio: vix civitas, aut templum celebre, in quo non pars aliqua aservatur, & venerationi exponitur. Quapropter advertendum, quod nemo omnium Ierolymam loca sacra veneraturus adiet, qui non exposceret, velut in itineris & laboris sui memoriam & sacram remunerationem, sanctæ Crucis fructulum aliquod. Cùm verò innumeri tunc accederent, vel doctrinæ, vel sanctitatis, vel nobilitate illustres. Hinc factum est, ut universum penè orbem ligno crucis repleverint. Sic crux quæ vel Iudæorum invidia, vel alia de causa divinis occulta sub terram manerat, tandem divina providentia in lucem prodians fulgorem suum radis universum orbem illustrat. S. Cyrillus cæteshell quartæ sic de hac re loquitur: *Beatus hic Mons Golgatha, in quo nunc, propter illum qui cruci-*

fixus

Catechesi ad decima. fixus est in illo. applaudimur. Et ligno crucis uniuersus terrarum orbis per partes repletus est. Et rursus: Lignum crucis ad hodiernum diem apud nos apparet, et apud eos qui secundum fidem ex illo capientes hinc uniuersum orbem ferè iam repleverunt. Fuit autem ipse oculatus testis eorum que circa lignum crucis gesta sunt, quia Hierosolymitanus Episcopus. Benignus igitur Dominus ac Redemptor noster pro Christiani populi solatio sancte cruci suae eam virtutem conferre dignatus est, ut Fidelibus ubicumque existentibus, lignum suum per partes commodaret, nulla sui immutatione, nulloque detrimto accepto. Hoc ipsum testatur discretis

Epist. 11. ad Severum. *Crux in materia infensata vim suam tenens, ita ex illo tempore innumeris penè quotidie hominum votis lignum suum commodat, ut detrimenta non sentiat, et quasi intacta permaneat, quotidie diuina summentibus, et semper uota uenerantibus.* Rationem autem & causam hujus uirtutis permanentis, & inconsumptibilitatis, adest his uerbis. *Sea istam impusibilem uirtutem, et inderibilem soliditatem de illius profecto carnis sanguine bibit, qua passa mortem non uidiu corruptionem.* Hæc ille.

Nec illi difficile potuit esse orbem ditare. Crucis diuiso ligno undique, qui quinque panibus quinque hominum milia potuit saturare. Sed & similiter testatur Beda lib. de locis sanctis, c. 7. uelliga Domini in monte Oliuæ in die Ascensionis ejus impressa per annos septingentos mansisse integra, licet Fideles terram illam aderent deuotionis gratia, & domum referrent pro participanda benedictione. Sic & S. Huberti Stola, & multi ceteri in Belgio immutari manent, licet aliquid detraharur.

An fortè etiam de Corona spinea idem dicere possimus quod de Cruce, partes ejus quodammodo impleuisse orbem sine diminutione; aut particulam sanè Dei miraculo & benignitate id fieri. Certè adeo uariis locis, uel in solo Belgio, coluntur spinee notabiles de Corona Domini, ut uix aliud dici possit quàm quod de Cruce Domini, si junctim consideremus primarias partes Galliam possidere, & in aliis regnis partes multas uenerationi publicæ exponi. Atque eadem ratio militare potest pro Corona, quam S. Paulinus adest de Cruce: *quia et ipsa de illius carnis sanguine bibit, qua passa mortem, non uidiu corruptionem.* Primarias porò partes Galliam habere, & thesaurum Regis sacratum in Sancto Sacello reconditum illas possidere, his uerbis testatur Genebriardus lib. 4. sui Chronici. *Coronam Domini S. Ludouicus Rex à Grecis redemit, et Lutetiam asportari præcepit; cui ipse obuiam comitantibus Episcopis & Procueribus Regni cum lacrymis multis uenit, nudis pedibus, undique affluente et genua populo procumbente.* Quod autem in Belgica Provincia multæ partes notabiles sint, constat ex Auctoribus qui de Sacraui Belgicis scriperunt, eorumque diplomata uidentur.

1. Lovanii PP. Societatis exponunt uenerationi publicæ Ramulum quemdam Coronæ Domini, è quo procedunt spinee duæ.

2. Namurci in Diplomate Henrici Imp. Constantinopolitani inter Reliquias, quas Philippo Marchioni & Comiti Namurcensi transmissit, sic legitur: *Mitto uobis de sacrosanctis Reliquiis imperiali Palatii, de spinis Domini, de ueste purpurea Iesu Christi, de panis infantia Saluatoris, de limbo quo præcinxit se in Cæna.*

3. Malbodi in nobili Ecclesia S. Aldegundis colitur Spina Coronæ Iesu, cruore ejus adhuc aspersa, & magna ueneratione custoditur.

4. In Monasterio S. Adriani Gerardi montibus cum notabili parte S. Crucis exponitur Spina Coronæ Domini.

5. In Monasterio S. Huberti Andani proponitur adoranda Spina una integra de Corona sacratissima Saluatoris.

6. Ecclesia S. Bartholomæi Bethuniæ a ferit & ostendit se ex eadem Corona Spinam unam possidere. Sic & Sanctimonialis Belliloci, nunc Duaci agentes, magnificiunt Christi Coronæ Spinam unam apud se.

7. PP. Dominicani Gandavi Reliquias habent Spinas duas de dicta Corona cum parte Crucis: quod donum à Maximiliano Cæsare Nicolaus Brugmannus ejusdem Ordinis Episcopus, & Confessor Imperatoris, impetravit. Sic & Biugis Ecclesia Cathedralis aliquid exponit de Spinea Corona Redemptoris, & de Spongia qua potatus fuit felle & aceto.

8. In Montis S. Eligii Monasterio prope Atrabatam adoratur Spina una Coronæ Domini à S. Ludouico Francorum Rege dono accepta, prout patet ex ipsius literis testimonialibus patentibus, & signatis anno Domini 1261.

9. Epternaci cum partibus uivificæ Crucis ostenditur Spina una satis oblonga de Christi Corona. Item in Gemblacensi Monasterio duæ spinee. Item in Laxienli Monasterio inter eximias Reliquias proponitur de spinea Saluatoris Corona pars per Theodorum Orientis Patriarcham, Archiepiscopum Hierosolymitanum, & per Henricum Imperatorem anno 1203. accepta.

10. Tungris & Trajecti in S. Seruatio similiter exhibentur cum solemnitate partes de Spinis Domini. Item Infulis in Flandria Spinam unam Franciscani proponunt. Mechlinenses etiam unam, largitione Careli Audacis Ducis Burgundiæ acceptam.

11. Franciscani quoque Valencenenses Spinam unam auro gemmisque ornatam possident; qua singulis noctibus feria sexta Parasceues per integram horam rubra et sanguinolenta supposito miraculo apparet, cum alias esset aridior. Testis est Gonzaga, & alii.

Denique, in Monasterio Wevelghemensi prope Cortracum Sanctimonialis Citteriensis mag.

Gonza. in
bist. Sa.
rap.

magno devotiois affectu tenent Ramusculum
trium Spinarum ejusdem preciose Coronæ. Præ-
terea alias nonnullas Belgicas Ecclesias, quæ de
Spinis Domini gloriantur. Sed si in Belgio, ut di-
xi, tot in locis de Spinis Salvatoris & Corona ejus
fit gloriatio, quid in aliis provinciis & regnis? Et
quomodo tot loca replevit gaudio perit, sine
speciali miraculo & providentiæ, sanctissima Co-
rona?

Quicquid sit hæc de re, scimus quæ passiois
Christi instrumenta velut trophæa quedam vic-
torie permaferunt, eademque toto orbi facta
fuerint conspicua & proficua: ex quibus velut
perennibus fontibus fluentia miraculorum & gra-
tiarum eruperunt. Nam ipsas spinas Coronæ IESU,
Columnam ad quam alligatus est, Arundinem,
Spongiam, diligenter asservata tradit S. Grego-
rius Turonensis, de gloria Martyrum, cap. 7. & Be-
da, de locis sanctis, cap. 20. Tunicam etiam mili-
tibus datam à Christianis receptam & asservatam,
tradit idem Turonensis, cap. 8. suis temporibus in
Galatia fuisse. Sudarium etiam, quo caput ejus
in sepulchro involutum fuit, quod divina virtute
illacsum fuerat ab igne, translatum fuisse ad poste-
ros, testatur Beda de locis sanctis c. 7. Ab hoc di-
versum est illud Sudarium, quod faciei Domini-
cæ sanguinolente admodum effigiem retinuit, ut
habet traditio Christiana, idque factum fuit à Be-
renice, quæ & vulgo Veronica dicitur. Permanit
etiam integra findon illa, quæ corporis Domini-
ci delibuta unguento in sepulchro posita fuit velut
operimentum, & in se imaginem jacentis Do-
mini in sepulchro expressit, asservaturque sum-
mo in honore in Ecclesia Taurinensi, de qua alibi
dixi.

Sic propter IESUM Christum crucifixum hæc
omnia merito coluntur, maxime autem CRUX,
tanquam Altare, in quo seipsum voluit Patri
sanctificare & immolare, prout alibi dixerat de
suis: Ego sanctifico me pro eis. Hinc factum est, ut
& partes Crucis veritatem suam miraculis proba-
rent.

Notabilis pars S. Crucis à Philippo Comite Na-
murcensi ad Florentinensium Cernobium delata, mul-
tas curis guttas, anno 1240. in præsentia tam
Religiosorum, quam Parochorum, in die sacro
Laventionis S. Crucis stillavit. Quapropter in the-
sauro argenteo, in qua hæc pars ligata vitæ honorifi-
ce custoditur, hi verius exarati leguntur antiquo
Stylo:

*Hæc CRUX, quæ luxit nobis, bis sanguine fluxit,
Quam scio quod tunc Christus crucer ac benedixit.
Relet quoque S. Paulinus, se per fructulum S.
Crucis restinxisse. incendium grande, quod è casa
sano referta in iuammet domum irumpebat, vio-
lento impetu cuncta depascens. Miraculum istud
ipæ perpetuæ memoriæ versibus his consecravit in
Matalino. S. Petros,*

*ipsa aliam romanam, mo aliam, sed grande salui
De Crucis æterna sanctorum mihi fructum legunt
Præterea tenent, nam ad vestra præcal ingere sanctorum,
Plypsum retores pro pedore, quo regerom me,
Arceatque hostem eodem modo reliquis
Credis, nec donare mihi, sed vobis Christo
Grates, quæ iustas dase Inades Omnipotentis
Nostre salua æternæ crucis Christi quæ omnino constat
Inde fides nobis, quæ in hac Cruce nixa pericula
Profusa, quæ nostram cogorui stonoma saluam.
Multa manus erubis tunc illa incedia vasis
Aspergens, largis capitebat cinere lymphis.
Sed licet exhaustis persuerent fentibus imbrez,
Piceas ignis aquam, nos ligno ætincænon ignam.
Omnia ligna vorans ligno Crucis uritur ignis:
Quamque aqua non poterat, nec brevis hastula
flammam.*

Hæc S. Paulinus.
Denique, in celebri Cernobio S. Amandi Ordinis
S. Benedicti, non procul à Tornacensi civitate,
inter sacras Reliquias adorandam exhibent notabilem
partem vitæ ligni sanctissime Crucis per
ignem olim probatam, ita ut maserit illæ in
flammis, sicut olim Rubus Moysis in medio ignis,
Deo sic veritatem Crucis fuz probante, & Rubi mi-
raculum antiquum renovante.

IN FESTO S. IOANNIS BAPTISTÆ. Lect. 26. s. part.

*Quis potest prior iste eris? Nam quæ manus Domini
cum illo, Luc. 1.*

Filius Adam & Evæ non solent nasci sine gemitu
& dolore, sine lachrymis & clamore. Nascendo
enim trahere secum incipientem longam ærumna-
rum catenam antiquo Parentum delicto fabrica-
tam, quæ non desinit eos à die exitus de ventre ma-
tris usque in diem sepulture. Iam quasi præsentire
viderentur, & agnoscerent veritatem illius Elogii
Mortalium sortem describentis: Homo natus de
muliere brevi vivens tempore, & replerit multas misera-
rias. Propterea eos mox natos natura impellit ad
lachrymas & ploratum. At nonnulli hoc notant
masculos inclamare plorando, AA. femellas, EE.
quasi hi Adam, hæc autem Evam insculent. Vade &
ille verius.

*Incolamant E. vol. A. quæ quæ nascuntur ab Eva,
O verè origo miseranda Mortalium, dum paritur
cum dolore ad dolores, dum educitur cum gemitu
ad gemitus, dum ad pericula producuntur
cum periculo generantis, dum in ipso ortu jam
occasum nunciant per lamenta! Nec Reges aliud
habent in partum; quia nec aliam habent sortem
quam miserandam, nec alium finem quam meo-
rori sociandum. Audi Ecclesiasticum: Gravis jugum
super filios Adam à die exitus de ventre matris usque
in diem sepulture, à resideris super solum gloriosum. Psal. 41.
Nigra ad humilitatem in terra quæ vitare ab eo quæ
por-*

Exordii.

ib. 14.

Moloch in
a. 7. Sa-
ponit